

**D**aguncia Metropolitana urbs Germanie: Eam a maguntio quodam Troyano inicium et nomen tempore troyane clavis habuisse Larinus in cronicis tradit. Hec inter belgas Germanie ciuitas est. et rheni rippas attingit. Famam ei<sup>9</sup> clare aurit Drusus nero germanicus. cum bellum aduersus germanos trans rhenum ciuitates gessit. Et ex fractura equo super crux eius collapsu. xxx. die qua id acciderat mortuus est. Corpus ei<sup>9</sup> a Nerone fratre qdum nuncio valitudinis euocat<sup>9</sup> raptim accurrerat. Romanum deuenctum: et in L. Julij tumulo receditus de mole drusi circa rhenum tacitus et alii menti onem faciunt. Hoc manifestant Moguntie drusi latium et alie antiquitates. Quidam a paulino pompeyo Romanorum legionis in germania duce sub Nerone imperatore perfectam dicunt Huius ciuitatis archiepiscopus ad Imperatorem romanum eligendum prestat suffragia: Habet hec urbs virum sanctissimum Albanum martyrem. Prope hanc ciuitatem Franckfordia nobile emporium est; in quo superi cum inferis

germani conuenient bis singulis annis. Ibiqz imperator elegitur ex veteri consuetudine. Eas autem glabitur. hanc ignobilis annis quem moganum vocant. Ptholomeus hunc fluuium obrigma appellat. Qui superiores germanos ab inferioribus eundem diuidere affirmat. Neqz aliis fluuiis est qui eam divisionem apertius qz moganus efficere possit. Et hodie quidem inferiores germani usqz ad Maguntiam procedunt. Abinde superiores vocantur. Moganus vero ex montibus bohemie vicinis ortus de regione Moguntie in rhenuz exonerat. Ob quam reni non defuerunt qui Moguntiam a magano fluui duci crederent. Edes autem amplissime more romanoru<sup>m</sup> Moguntie: et basilice ornatisse cum arce episcopali. et plura memorie digna in ea visuntur. Et aliqua propter bella deuastata.

## Maguncia

